

*Persicæ serraturæ omnes sunt, ut in Amygdalo.*  
 Tuâ pace, vir illustris, de hâc re dubito. Vidi et ostendi differentiam in Sueciâ, Germaniâ, Angliâ, inò Parisiis; video hoc in Herbario Burseriano \* æquè obtinere; quæso, adhuc inspicias, si placeat et mihi certiùs dicas.

*Margo*, masculinè semper à me sumitur, nisi ex errore typi, uti vel mille locis possis videre in *Generibus* et aliis locis; sed si fortè femininè *sumtum* (sic) alicubi in meis scriptis sit, quod non novi, hoc tribuas, oro, typographo.

*Terminatrix*, ego sumsi hoc uti communis generis, quod et masculinum et femininum esset; non de hâc re tamen litigabo; agnoscam quòd sit femininum; substituam itaque in posterum *Terminalis*, cum dubitem etiam quòd *Terminatrix* sit genuinum latinum. Vellem tamen peccare potiùs centiès contrà Priscianum, quàm semel contrà Floram.

---

\* BURSER (JOAC.), de Kamientz (*Haute-Lusace*), botaniste du dix-septième siècle, ou BOSIERI, médecin italien, qui avait herborisé sur le terroir de Montpellier, antérieurement même à l'époque de Tournefort, de Ray, de Nissolle. C'est sur l'herbier de ce dernier, d'après *Barbaste*, que Nathhorst disait en 1760 : *Nec sine jucundâ quâdam admiratione ex Burserii herbario colligere est, plurimas plantas communes habere Florentiam cum Monspelio, et vice versâ.* (Amén Académ., vol. IV, Upsal.)